



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ab augina puella[m] septennem. 260

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

quod alias per morbum non licuerat; & diluculo surgere, admirante familia; cui, quas res ageret, percontanti: Valitudinem IGNATIO se acceptam ferre respondit. Cum octauum inde decimumuè diem colicus ei dolor fatalem pæne effecisset; eodem cælite pro medico vsa, repentè omnem coli intemperiem extinxit. Duas igitur statuas de cerâ fictas, in templo destituit, quibus, quod sibi acciderat, alijs testaretur.

260 Hæc eadem quoque provincia, puellam septennem alebat; quæ febribus & tumente angina pertinaciter vexata, quod biduum binoctiumque nullam quietem sperare, neque vero liquoris guttam sorbere posset; parentes eò iam tendere incipiebāt, qui filiam sepelirent veriùs, quam sanarent. Sed conspexerat amita fortè IGNATIANAM tabulam, quæ
tunc

tunc parenti (lignariam is factita-
bat) afferebatur, vt subscudibus
fabrè includeretur. Eam capiti
puellæ amita admouet, speiple-
na; iridem iubens puellam voue-
re, si intra quartam horæ partem
valesceret, tum se IGNATIO no-
uendiales preces facturam. Vix
secum constituerat, cum matrem
arcessit puella, clamatque IGNA-
TII beneficio se valere. Inde quã
primum edere, atque in morem
cuiusq; alius bibere perrexit. Po-
stridie cum amita ad Collegium
properat, gratias actura. Vbi &
votum soluere auspicaæ, imagi-
nem ceream posuerunt.

261 Insula est Balearica, cui Ma-
ioris nomen dedimus; ibi per an-
num CIO. IO. XCVII. mira etiam
feruntur non ambiguis testibus
patrata. Ioãna Clara, cognomēto
Nognera, primæ virtutis vidua,
oculis sensim ambobus defluen-

N 3

tibus